

A n z e i g e.

Ex duabus muscorum collectionibus, quas jampridem evulgaveram, alteram sub titulo „*I Muschi dell' Austria Inferiore*“, alteram „*I Muschi rari della Provincia di Como*“ unam confeci, nomenque apposui: *Bryotheca Austriaca*. In hac vero duae illae priores ita dispositae sunt, ut prima (*I Muschi dell' Austria Inferiore*) suos decadam numeros usque ad 14tum retineat, secunda autem illi adjiciatur, et novem numeris, quibus constabat, servato semper ordine, usque ad 23tium perveniat. Sic igitur decas 1.^a collectionis Comensis numerum 15 occupat in *Bryotheca Austriaca*, et sic deinceps. Ex ipsa novi hujus operis ratione satis, arbitror, apparet novum consilium ad quod accessi: nimirum ut extenderem ad universas Austriaci Imperii provincias quod antea ad duas tantum restringebatur. Arduum sane opus, et difficultatibus plenissimum. Sed si aliquam animi fiduciam ex antea sumere licet, de hujus etiam laboris exitu ne desperetur confido. Fateor tamen non posse me eadem via, qua hactenus processi, hanc metam perfringere. Cui enim non animus deficeret, aut tempus, aut reliqua subsidia ad species singulas, quaecumque in tanta terrarum amplitudine existant, sua manu colligendas, ordinandasque? Id ego quidem ab initio susceperam, et huc usque prosecutus sum. Sed praesens Professoris munus, aliaeque causae ab incepto deterrent. Quapropter animum ad aptiora consilia convertens, imploro opem alienam, omnesque cultores studiorum nostrorum, eos praecipue, quibus facultas data est Alpes percurrendi in societatem laboris invoco. Eas specis muscorum quibus careo, quaeque in subjecta tabella sub titulo *desideratarum* indicabuntur, rogo, ut suppeditent. Gratum me non solum animo, sed etiam, quatenus fieri potest, opere habebunt. Praeterquamquod enim publice spondeo, quid aliunde acceperim me solemniter professurum, addo etiam aliquam, ut fieri solet, non dicam beneficii mercedem, sed rerum, laborumve commutationem. Nimirum pro unaquaque muscorum centuria (quae tamen ex tribus saltem speciebus resultet, et praeterea in exemplaribus fructiferis, perfecteque evolutis consistat), 6. fl. Conv. retribuam: sive eos quis in numerata pecunia, seu libros, aut plantas, computato pretio, malit habere. Ne desint, quaeso, votis meis Bryologiae Austriacae studiosi, eorumque subsidiis spero fieri posse, ut non multis adhuc annis ad finem perducatur opus non exiguum, nec fortasse inutile: in quo quidem quantum diligentiae, quantum praeterea curarum ac patientiae requiratur ii dumtaxat testes esse possunt, qui scientiam non ignorant. Valete et favete.

Dabam, Ticini d. VI. Septembris MDCCCXLII.

Dr. Garovaglio.

Enumeratio specierum, quae desiderantur pro continuatione Bryothecae Austr.

Anacamptodon splachnoides Brid.	Anoect. lapponicum Hedw.	Barbula brevirostris Hook.
Anoectangium Horschuch.	Apiocarpa elongata Hüb.	— Dicksoniana Schultz.
Funck.	Aulacomnion androgynum Schwäg.	— Funckiana id.
		— gracilis Schwäg.

- Barbula obtusifolia* id.
 — *revoluta* Brid.
Bryum alpinum Linn. c. f.
 — *atro-purpureum* W. et M.
 — *Billarderi* Schwäg.
 — *Blindii* Br. et Sch.
 — *Boissierii* De-Not.
 — *caespitium* v. *gracile*. Br. et Sch.
 — *capillare* var. *cochlearifolium* Br. et Sch.
 — *contextum* Hornsch.
 — *Duvalii* Voit.
 — *erythrocarpon* Sch. p. p.
 — *Fercheli* Funck.
 — *Kuntzii* Hopp. et H.
 — *insulare* De-Not.
 — *marginatum* Bruch. et Sch.
 — *obconicum* id.
 — *platyloma* Schwäg.
 — *pulchellum* Hedw.
 — *subrotundum* Brid.
 — *tomentosum* id.
 — *torquescens* B. et Sch.
 — *Tozzerei* Grev.
 — *turbinatum* Schwäg.
Buxbaumia indusiata Brid.
Campylopus cirrhatus Hor
 — *polytrichoides* De-N.
Cinclidium stygium Sw. c. f.
Conomitrium julianum Mo. c. f.
Daltonia heteromalla Hk. et T.
Dermatodon affinis Hüb.
 — *caespitosus* id.
 — *cernuus* id.
 — *Funckii* id.
 — *Starkii* id.
Desmatodon glacialis Fun. quatenus a *Trichost. latifol.* et *pilif. diversus*.
 — *rupestris* id.
Dicranum Hostianum Sch.
 — *interruptum* W. et M.
 — *majus* Turn.
 — *mixtum* De-Not.
 — *pumilum* Sauter.
 — *Scottianum* Turn.
 — *sparium* Hedw.
Didymodon aureus De-Nt.
 — *flavicans* Horsch. ?
 — *obscurus* Kaulf.
 — *tennis* Arnott.
Encalypta ciliata v. *gymnostoma* Br. et Sch.
 — *cylindrica* Funck. ?
 — *lacera* De-Not.
 — *Orsinii* De-Not.
 — *procera* Br. et Sch.
Eremodon Rudolphianus Hornsch.
Fabronia major De-Not.
Fontinalis squamosa Linn.
Funaria microstoma Breh.
Grimmia alpestris Schl.
 — *alpicola* Sw.
 — *apocarpa* v. *alp.* Nees et H.
 — — *apocaulos* id.
 — *atrata* Mielich.
 — *cylindrica* Nees et H.
 — *Doniana* Sm.
 — *elongata* Kaulf.
 — *fusca* Nees et H.
 — *glacialis* id.
 — *incurva* Schwäg.
 — *maritima* Turn.
 — *obliqua* Nees et H.
 — *patens* id.
 — *robusta* id.
 — *sciuroides* id.
 — *Schultzii* Hüb.
 — *spiralis* Nees et H.
 — *sudetica* Bruch.
 — *torquata* Nees et H.
 — *torta* id.
 — *urceolaris* id.
Gymnostomum affine Nees et H.
 — *articulatum* Schk.
 — *ericetorum* De-Ns.
 — *brevisetum* Nees et H.
 — *calcareum* id.
 — *confertum* id.
 — *gracillimum* id.
 — *Systilium* Funck.
 — *tetragonum* Brid.
Hedwigia sciuroides De-N
Hookeria lucens Sm.
Hymenostomum Mülleri B
 — *rutilans* Nees et H.
 — *squarrosus* id.
 — *subglobosus* id.
Hypnum abietinum Linn. c. f.
 — *aureum* Lagasc.
 — *callichroum* Brid.
 — *cirrhosum* Schwäg.
 — *contiguum* Nees.
 — *cordifolium* Hed. c. f.
 — *demissum* De-Not.
 — *depressum* Br. et Sch.
Hypnum distans Brid.
 — *falcatum* Brid. c. f.
 — *flavescens* id.
 — *fluitans* Linn. c. f.
 — *intextum* Voit.
 — *julaceum* Schwg. c. f.
 — *Laureri* Funck.
 — *littoreum* De-Not.
 — *lycopodioides* Sch. c. f.
 — *Megapolitanum* Blan.
 — *neglectum* Brid.
 — *nemorosum* Koch.
 — *petrophilum* Funck.
 — *polycarpon* Bland.
 — *praecox* Hedw.
 — *protuberans* Brid.
 — *punctulatum* De-Not.
 — *reflexum* Stark.
 — *revolvens* Sw.
 — *rotundale* Bruch.
 — *rotundifolium* Scop.
 — *rugosum* Ehrh.
 — *sarmentosum* Wahl.
 — *Schleicheri* Hedw.
 — *scorpioides* Linn. c. f.
 — *sericeum* Funck.
 — *Starkii* Brid.
 — *Stockesii* Turn.
 — *stramineum* Dicks.
 — *strigosum* Hoffm.
 — *Teesdalii* Sm.
 — *tenellum* Dicks.
 — *Tommasii* Sch.
 — *trifarjun* W. et M. c. f.
 — *umbratum* Ehrh.
 — *undulatum* Linn.
 — *venustum* De-Not.
Isoetecium catenulatum Hüb. c. f.
 — *myosuroides* Brid.
Leskea exilis Stark.
 — *Fröhlichiana* Schwg.
 — *pallescens* Hedw.
 — *Saviana* De-Not.
 — *subenervis* Schwäg.
 — *tristis* Cesati.
Meesia hexasticha Funck.
Mnium cinclidioides Hüb.
 — *cyclophyllum* Schwg.
 — *hymenophylloides* H.
 — *latifolium* Schwäg.
 — *medium* Br. et Sch.
 — *spinousum* Schwäg.
Neckera pumila Hedw.
Orthotrichum Braunii Br. et Sch.
 — *fallax* Brid.
 — *Flörkii* Hornsch.

- Dithotrichum Lyellii* Hook et Tayl. c. f.
 — *nigratum* Br. et Sch.
 — *patens* Brid
 — *rivulare* Tourn.
 — *rupicola* Funck.
Paludella squarrosa B. c. f.
Phascum axillare Dicks.
 — *Bruchii* Spreng.
 — *carniolicum* W. et M.
 — *cohaerens* Hedw.
 — *elatum* Brid.
 — *Flörkeanum* W. et M.
 — *heterophyllum* De-N.
 — *megapolitanum* Schl.
 — *palustre* Br. et Sch.
 — *patens* Hed.
 — *rectum* With.
 — *tenerum* Bruch.
Philonotis Marchica Brid.
Physcomitrium curvisetum id.
Pohlia acuminata B. et Sch
 — *affinis* Hornsch.
 — *arcuata* Hopp. et H.
 — *brachycarpa* id.
 — *curviseta* id.
 — *cylindrica* Hornsch.
 — *demissa* Hüb.
 — *dimorpha* De-Not.
 — *gracilis* Hopp. et H.
 — *imbricata* Schwäg.
 — *lacustris* Schwäg.
 — *laete-virens* De-N.
 — *latifolia* Brid.
 — *patens* Hopp. et H.
 — *polymorpha* id.
 — *polyseta* id.
Pohlia pulchella id.
 — *tenella* id.
 — *xanthocarpa* id.
 — *vegeta* id.
 — *uliginosa* Brid.
Polytrichum alpestre Hpp.
 — *Hoppii* Hornsch.
Pterogonium perpusillum De-Not.
Ptychostomum compactum Hornsch.
 — *cernuum* id.
Racomitrium funale Hüb.
 — *lanuginosum* Br. c. f.
 — *riparium* Brid.
Schistostega osmundacea W. et M.
Sphagnum ambiguum Hb.
 — *compactum* Brid.
 — *cuspidatum* Ehrh. c. f.
 — *molluscum* Bruch.
 — *subsecundum* Nees.
Splachnum angustatum S.
 — *Brewerianum* Hedw.
 — *mnioides* Linn. fils.
 — *tenuis* Dicks.
Systilium splachnoides Hr.
Tayloria splachnoid Hook.
 — var. *acuminata* Schl.
Tetrarhiza ovata Funck.
Tortula aciphvlla Bruch.
 — *elongata* Funk.
 — *gigantea* id.
 — *laevipila* Schwäg.
 — *latifolia* Bruch.
Trematodon brevicaulis Hornsch.
Trichostomum paradoxum Brid.
 — *viridulum* Bruch (*)
Voitia nivalis Hornsch.
Webera bicolor Hoppe et H.
 — *ceespitosa* id.
 — *fasciculata* id.
 — *grimsulana* Brid.
 — *longiseta* Brid.
 — *macrocarpa* Hoppe et H.
 — *strangulata* Nees.
 — *subdenticulata* Brid.
Weissia amblyodon Brid.
 — *apiculata* Bruch.
 — *atro-virens* Nees et H.
 — *calcareae* Hedw.
 — *cirrata* id.
 — *compacta* Schwäg.
 — *falcata* Nees et H.
 — *fallax* Sehm.
 — *flexuosa* Bruch.
 — *geniculata* Brid.
 — *leptodon* id.
 — *microdus* Schwäg.
 — *microstoma* Nees et H.
 — *mucronulata* Br.
 — *procera* Laurer.
 — *Rudolphiana* Nees et H.
 — *Seligeri* Web. et M.
 — *zonata* id.
Zygodon conoideus Hook. et Tayl.
 — *viridissimus* Brid.

(*) et reliquae hujus generis species a cl. De-Not. tamquam novae nuper propositae.

Lichen collectionem, cui jam pridem operam impendo, quamque primum duarum tantummodo provinciarum *Novocomensis* et *Vallis-Tellinae* limitibus circumscriptam publici juris faciebam, nunc ad universum Imperium Austriacum extendo: novi operis titulus *Lichenotheca Austriaca*. Sociorum subsidia anno anteacto ad complementum meae *Bryothecae* imploravi, nec frustra. Idipsum modo pro *Lichenotheca* facere cogor. Hujus rei causa tres tabellas subjicio: quarum quidem prior illos lichenes quos soli Austriaci indigenas scio, sed quorum vel imperfecta, et sine fructibus exemplaria, vel numerum aequo minorem ad collectionis scopum et multiplices usus possideo. Atque in hac quidem parte imprimis adjuvari velim. Desideratas species exhibentibus Lichenologis, easdem conditiones, quas Bryologis offerebam, propono. „Nimirum pro unaquaque centuria, „quae tamen ex tribus speciebus resultet, et praeterea in exemplaribus fructiferis perfecteque evolutis consistat 6 fl. conv. retribuam, „sive eos quis in numerata pecunia, seu libros, aut plantas, com-

„putato pretio malit habere.“ Sunt vero et aliae stirpes in *Lichenographia Europaea Friesii*, et in *Spicilegio Lichenum Helveticorum Schaereri* descriptae mihi autem vel prorsus ignotae vel adhuc dubiae. Has quam maxime exopto. Suppeditanti igitur unum alterumve e Lichenibus in tab. II. et III. enumeratis reddam pro singulo cujuslibet speciei exemplari fructifero viginti ex meis ad ejus libitum, vel, si cui potius, pro 10 speciebus 5 fl. convent.: gratias autem quas reddere non possum, semper habebō.

Dabam Ticini Calendis Martiis MDCCCXLIII.

Dr. Garovaglio.

Tabella I. Enumeratio Lichenum in Austriaca ditone hactenus lectorum, quibus pro continuatione Lichenothecae indigeo.

Usnea barbata v. articulata c. f.	Parmelia lanuginosa c. f.	Lecidea lapicida
Evernia prunastri c. f.	— mniaroea	— mamillaris
— vulpina c. f.	— nimbosa	— marginata
Cetraria aculeata c. f.	— ocrinaeta	— protrusa
— cucullata c. f.	— ostreata	— sanguinaria
— juniperina c. f.	— perforata c. f.	— spilota
— ejusd. v. pinastri c. f.	— repanda	Opegrapha atra v. lithyrga
— nivalis c. f.	— rubiginosa c. f.	— cerebrina
— saepincola c. f.	— rugosa	Lecanactis lyucea
Sticta herbacea c. f.	Gyalecta Prevostii.	Calicium corynellum
— sylvatica c. f.	Biatora cuprea	— trachelinum
Parmelia aquila	— miscella Somm.	Sagedia clopina
— astroidea β	— panoeola	— verrucaroides
— caesio-alba	— viridi-atra	— viridula
— cenisea	Lecidea aglaea	Verrucaria argillacea
— erythrocarpa	— actica	— Hochstetteri
— frustulosa	— badia	— margacea.
— gelida	— brunneo-atra	
— Lagascae	— canescens	
	— flavo-virescens	

Tabella II. Desiderata e speciebus a cl. Friesio in Lichenographia Europaea enumeratis.

Evernia intricata	Parmelia granatina	Biatora Cladonia
Ramalina pusilla	— helicopsis	— cinnabarina
Parmelia aenea	— incisa	— exigua
— aiospila	— lacteo-lutea	— crysibe
— atro-cinerea	— maritima	— globulosa
— balanina	— molybdina	— miscella
— Blyttii	— Montagnei	— olivacea
— Bokii	— nephrea	— pachycarpa
— caesio-alba	— nimbosa	— paneola
— carneo-lutea	— nodulosa	— placophylla
— carphina	— ocrinaeta	— plicata
— castaneola	— oculata	— tabacina
— chalybaea	— paleacea	— testacea
— Chaubardii	— perforata	Lecidea arctica
— cinnabarina	— relicina	— biformis
— conferta	— Schleicheri	— contigua var. caesia
— dendritica	— sinuosa	— glacialis
— Dufourei	— stannea	— ileiformis
— elacina	— straminea	— opaca
— epanora	— striata	— papillata
— erythrocarpa v. Lallavici	Dirina Ceratoniae	— polycarpa
	Stereocaulon Vesuvianum	(Continuatio sequetur.)

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1843

Band/Volume: [26](#)

Autor(en)/Author(s): Garovaglio Santo

Artikel/Article: [Anzeige 617-620](#)